



<sup>21</sup>  
B2281

Gesay 754.

69

ACERBVM FVNVS  
VIRI IVVENIS  
IN SIGNI DOCTRINAe COPIA POLITAQVE  
MORVM MODESTIA CONSPICVI  
**IOANNIS BENEDEK**  
ROSNAVIA HVNGARI  
SS. THEOLOGIAe CONSECRANEI  
AD D. V NONARVM OCTOBRIVM ANNI ̄ DCCXI  
FATALI CASV EXTINCTI  
L. M. Q.  
PROSEQVNTVR  
EIVSDEM CVM B. DEFVNCTO VICTVS  
PARTICIPES

PITEMBERGAE EX OFFICINA CREWSIGIANA

150



INSIGNEI DOSTHANE GESCHIPLITTAE  
MORAY MORTUO CO MUNDO



Nterea, Hungaricis dum Mars filet ultor in oris,  
Dum rursus patrio pax reddit alma solo,  
Dum stragem oblitus, dum militis arma, colonus  
Iungit araturos sub iuga curta boues:  
Tu, BENEDECKIADA, Pax me manet altera, dicis,  
Pax, dubia potior pace, adeunda mihi.  
Iamque adeo, Sol alme, tibi lucebis, et illis,  
Quorum mens lubitis optat inesse malis,  
Et quos ista iuuat cita per momenta uoluptas,  
Et quos, laetitia se fepelire sua.  
Me meus a statione DEVS, me sancta Pronoea,  
Cuius facta nefas uellere uelle, uocat.  
Nec refert, inopina quies, an tardior, umbris  
Misceat obscuris hoc iuuenile caput.  
Id satis est, dirum, de quo nil cogito, casum,  
Protinus ad summos rectum iter esse polos.

Testor

Tes**tor** coelesti maiores sede receptos,  
Tes**tor**, quos socios fors dedit esse meos:  
Me, licet austero de me sub iudice quaeras,  
Haut gentem, haut ulla labe notasse genus.  
Nam Pietas, quae se casus durarat in omnes,  
Vrsit ab humano quaerere corde DEVM.  
Praeterea solido Doctrina adamante cor altum  
Firmarat, nec me fuerat esse meum.  
Haec est depositae merces non ultima uitae,  
Quod carpant alii, nil, nisi fata, fuit.  
Viximus. O bene, quod bene uiximus. Exuo  
(quid tum?)  
Corporis hanc uestem, quae tumuletur humo:  
Ast coelos repetit nostri diuinior aura,  
Et sola in fati non uenit arbitrium.  
Vsque adeo nobis, mors, non damnoſa fuisti,  
Mors immaturo funere laeta meo!  
I nunc, dignum aliquid laeclis meditare futuris,  
Tolle animos, et Te Nestora finge fore.  
Non tam frondofas ponit cito populus umbras,  
Menſtruuſ aut uiolis tam cito transit honos:  
Quam cito me uegetus liquit flos puberis aeui,  
Paucaque fugerunt nescia luſtra boni.  
Nunc me terra tenet, nunc puluere metior ausa,  
Nunc sum, quod tabulis quinque ligatur, onus.  
Parcae luctificas, inopinatasque, procellas,  
Atque tot obſcuras ad Tua fata uias,

Qui

Qui nescis, spēcta tandem mea funera, spēcta,  
Quantula sum hominum corpora, quamue nihil.  
At, Vos, quos tanget casus feralis, hauete.  
Non minus hic coeli semita trita patet.  
Parcite porro metum gemitu renouare sepulcrum.  
Parcite. Non tangunt irrita uota necem.  
Quum semel aethereas anima concendimus aulas,  
Non exoranda stat uia clausa fera.  
Ne dubium, ne sit, me puncta nouissima uitae  
Clausisse his terris nil metuente fide.  
Ergo mens animi, coelesti sede potita,  
Securo mundi lumine ridet opes:  
Et, dum pars terrae data, redditur altera coelo,  
Haec, atque ista, suis, unde profecta, locis.  
Quod supereft, dum fata mihi uos ueltra remittent,  
Quod uoueo feros appropere dies:  
Dilcite, quod coeco uitiae rota uertitur aestu.  
Hac ego uos sola uiuere lege uelim.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



Bresay 754.

ACERBVVM FVNVS  
VIRI IVVENIS

IN SIGNI DOCTRINAEC COPIA POLITAQVE  
MORVM MODESTIA CONSPICVI

IOANNIS BENEDEK

ROSNAVIA HVNGARI

SS. THEOLOGIAE CONSECRANEI

AD D. V NONARVM OCTOBRIVM ANNI 8 DCC XIX

FATALI CASV EXTINCTI

L. M. Q.

PROSEQVVNTVR

EVSDEM CVM B. DEFVNCTO VICTVS  
PARTICIPES

VITEMBERGAE EX OFFICINA CREVGIGIANA

